Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

meriti maria. Eua credendo obfuit:
maria visitando profuit. Peccauit illa:
ista sanauit. Pro inobedientia ei obedi-
entia commutatur. fides pro profidia repetat.
Lecta igitur mater maria. gestat infantem:
exultans amplexatur filium. Portat. a
quo portatur. nec fortuito ut figunt
fabellam tenet puerum. sed decursis
nouem mensibus. peperit xpm. Plau-
dat nunc organum maria. et inter ue-
lores articulos tympana puerpe con-
crepent. Concinant letantes chori. et
alternantibus modis dulcisona carmi-
na miscentur. Audite igitur quemadmodum
tympanistria mea cantauerit. Ait enim
magnificat anima mea dnm. et exulta-
uit spiritus meus in deo salutari meo: qa
respexit humilitatem ancille sue. Ecce ei
ex hoc beatam me dicent omnes generationes:
quia fecit mihi magna qui potens e. Tu-
Causa igitur inualescentis ecclesie mira